



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.LVIII. Sancti Patris Benedicti. M.LXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

trij Episcopus designatus, demum Ne-
piensis Pontifex salutatus, omni ta-
men ipse honore sublimior & nitidior
exsplenduit. *Augustinus Florent. &c.*

*Joannes Olivier Abbas & Epis-
copus.*
Nec minore gloria effulgit hoc ip-
so anno, Joannes Olivarius noster [Oli-
vier] Ex Monacho Sancti Jovini apud
Pictones, Eleemosynarius S. Dionysij
in Francia, & pro vita meritis paulo
post Abbas Sueffionensis ac denique
Episcopus Andegavensis, vir littera-
tissimus & Poëtica in primis præstans
facultate, editis non paucis ingenij mo-
nimentis immortalis. Fratrem habuit
Proto-Præsidem Jacobum Olivarium,
Francisci Magni Francie Cancellarij
parentem. Composuit Joannes no-
ster Epitaphium Ludovici XII. Gal-
liarum Regis apud Papirium Masso-
num. Lusit etiam carmine Heroico
Pandoram, quæ tandem edita Remis-
est, nostro saeculo anno 1618. Extat
quoque ejus Ode ad Macrinum Salo-
monium.

Tristandus de Bizet Episc. Savoienensis.
Ex Monasterio sanctissimo Claræ-
Vallis sacræ Reformationis Cisterci-
ensis extrahitur hoc anno ad Sancton-
ensis Episcopatus Cathedram, humili-
sus, dignissimus exaltatione Religio-
sus, Tristandus de Bizet, Præful lau-
datissimus: qui & Ecclesiam & Ordin-
em universum insigniter demereri
studuit; ita in omnibus se habens, ut
non minus exemplo, quam Verbo
prodest. *Vid. Cl. Rob. &c. Arn. Dnac.*

Hoc ipso anno Arnoldus à Venlo
sanctorum virorum Joannis de Sufa-
to, Henrici de Peynes & Theodorici
Ruremundenis Cœnobij Reformatissimi
Abdinghofensis in Abbatiali ho-
nore dignissimus successor, *Omnium
Virtutum Exemplar*, in Catalogo ejus-
dem loci Præsum appellatus, insigni
demissionis Studio, & ut vita reli-
quum soli Numini propriisque animi
saluti impenderet, ultro & sponte se
abdicat, totus deinceps, biennio quo
supervixit Divinis rebus absorptus, fer-
ventissimum omnino frigidissimo-
rum facili & Germania Exemplar.

*IESU CHRISTI ANNU S. M.D.LVIII.
Sancti Patris Benedicti. M.LXXVIII.*

*Angliae
incipit
aucta.*
Luctuosissimus Angliae annus,
morte Mariae Hispaniarum simul
& Britannæ Reginæ, soluta vinculis
impia illa Jezabel, Elisabetha, quacum

velut soluto ex inferis Cerbero, infi-
nitæ Hæresum monstra emersere, qua-
sit ad necem optimis quibusque, nul-
la non secta pellesta, & invitata, so-
la vera Religione Catholica pen-
itus proscripta, & gravissimis le-
gibus prohibita, multis nihilominus è
Benedictino Ordine sese in omnia vi-
ta pericula devoventibus, nec omnium
quidem amissione Cœnobiorum,
& propriæ sustentationis, quidquam
turbatis, sed aliena non minus salutis,
quam suæ sagientibus, novitates &
absurditates tam diversorum dogma-
tum detectantibus, & refutantibus. *Vid.
Sanderus, Clem. Reinerus, Mayheu &c.*

Mirandum autem prorsus, quan-
ta, paulo ante mortem Mariæ Regi-
nae Catholice, ad conciliandos Eccle-
siæ Romanæ Hæreticorum, animos,
ejusdemque gremio adducendos ege-
rit Joannes Feckenamus noster West-
monasteriensis Abbas dignissimus, *Joannæ
Feckenami
laudes &
pj conatus.*
quantaque benevolentia, & charita-
tis Christianæ signa, juratissimis hosti-
bus suis exhibuerit. Jta Reinerus

quoque attestatur: *Cum valeret*, inquit,
magna apud Reginam gratia, multis of-
ficijs pietatis & humanitatis conatus est de-
vincire tum alios Nobiles, tum Elisabe-
tham adhuc privatam; quorum officiorum
testes appellat Stapletonus Comites Leice-
stre, Warwici & Befordie, inter quos &
Reginam Mariam, sepius mediator &
sequester fuerat. *Guilielmum etiam Ce-
cileum*, qui potuerit attestari factum ope-
ra & interceßione Feckenami, quod Domini-
nus Joannes Checus Eques, & non igno-
bilis Protestantium secessor, vita fortunis-
que privatis non fuerit: quia aliquoties
coram ipsa Reginâ pro concione intercessi-
set, pro Elisabetha sorore Reginâ, unde ip-
sis Mariæ non mediocrem indignationem
incurrerit: idque ab eo factum fuit, & an-
tequam eadem Elisabetha in Custodiā
fuit conjecta, & postquam custodie man-
data fuisset. *Cuius officij memor ipsa ame-
quam coronaretur*, Feckenamo gratias e-
gi, &c. Atque uinam, inquit Sta-
pletonus, post septem annos carceris, tan-
tum inventiat Feckenamus humanitatis &
favoris, quantum cum rebus secundis flo-
rebet, ipse alijs exhibuerat. *Vid. Apo-*

*Optime de
peccatis
meretur.*

*Cistercien-
sium no-
strorum
Reforma-
tio mira.*

Jn Hispanijs mirificè florēt sacra
Ordinis nostri Reformatio Cistercien-
sis, viris vita perfectione, & mira c-
rudi-

B E N E D I C T U S

92 ruditione clarissimis instructissima, è quibus hoc anno alios inter duo Pauli vel maximè eminent: Paulus Suarez Vallis bona aliquamdiu Abbas, deinde Horbae, hoc anno universæ prefetus Congregationi, & Reformato designatus Generalis: alter Paulus de Mendoza Monachus Vallis Paradysi, Vir religiosissimus àquè ac doctissimus, Orator facundissimus, qui tanta viguit nominis fama, ut ipsum Ecclesiastem suum constitueret Philippus II. Hispaniarum Rex, quod munus tanto cum fervore exseruit, ut omnibus Principibus & Aulicis summa admiratione esset & veneratione. Varijs scripsit, eaque inter opus quoddam, cui Titulus: *Vir bonus*, exrat in Bibliotheca Vallis Paradysi. Moritur eodem anno non sine opinione sanctitatis Beatae memorie Joannes della Penna Monachus Populeanus, magnorum vir meritorum, de quo *Marijue & alij.*

Extinguitur hoc ipso etiam anno Joachim Peronius noster Cormocriensis Illustrissimi Benedictini Ordinis Cœnobij in agro Turonensi Monachus, Vir eruditissimus, multis præstantissimi ingenij monumentis posterrati relictis, fama nominis immortalis. Ea inter multa ex Platone & Aristotele, Ciceroniano sermone & stylo transtulit, & ut erat in Antiquitatibus versatissimus, multa de Romanorum Græcorumque Magistratibus bono publico scripsit & edidit. Patriæ quoque consulens suæ, Gallici sermonis elegantiam, & originem deduxit & affinitatem cum Graca lingua pulcherrimè docuit. Vitas item Christi Apostolorum undecunque collegit, & verso stylo descriptas Julio Tertio Pontifici Maximo, eleganti admodum & prolixa Epistola dedicavit. Vita excessus in prædicto suo Cœnobio, magno Collegarum luctu ibidem honorificè tumulatus. *Sævola Sammarianus & plur. rer. Gall. Scriptores.*

Abdicat se hoc anno, stupentead insolentiam exempli Orbe universo, Carolus V. Imperator Augustus, Hispaniarum & Indiarum Rex & Monarcha potentissimus, Romano Imperio, tot jam annis gloriosissime administrato, & Cœnobium S. Justi in Hispania ingreditur, haud dubium,

qui persuadente, certe juvante personis libellos, Divini plane dictaminis, Ludovico Blosio nostro, quos ita charos familiaresque habuissè jam superius de Carolo diximus, ut eosdem in simu jugiter, non fecus atque Magnus ille Alexander in Narthecio Homeri Iliadem gestarit, summoque cum animi solatio & fructu legerit; multo dein diligenter frequentius in Cœnobia lecturus, & in praxim deducatur. *Ex Vita Blosij & monim. Latiensibus.*

I E S U C H R I S T I A N N U S. M. D. LIX.

S a n c t i P a r i s B e n e d i c t i M. L X X I X .

R Utilantissimæ coelestis Hierusalem Urbis structuræ lucidissima hoc anno, eruta, è durissimis seculi hujus scopolis, gemma inseritur Beata Joanna nostra, Bellopratensis Monialis Conversa, Ancillarum Christi humillima, omnem Nobilitatem perpetuisti sui generis, in extrema demissione; suæque nihiletatis agnitione, posita rata, omnibus mundi honoribus & delicijs abjectissima esse in Domino Dei præelicens, eminentissima sui ipsius contemptu facta, gloriose etiam in terris, ubi minimè dum vivet, voluit, à morte apparuit. Vista namque spectabili formâ forori suæ, super morte mœrentissimæ, admirabilis & immenso circumfusa lumine; rogantique, unde nam tanta ipsi gloria obtigisset? eam sibi in Magna Humilitatis suæ præmium concessam respondit. Cumque soror superstes, Joannam advertisset manum clausam & contractam tenere, & ut eam aperire flagitasset, negavit illa se hoc facere posse, quod in ea lapidem pretiosum tanti splendoris gestaret, ut manus oculus ad primum illius aspetum, videndi facultate privaretur, huncque sibi datum afferuit, pro viliis operibus, quibus se dum viveret libenter exercuisse. *Joan. Wæsbergius, Arnoldus de Raiffe &c.*

Ludovici de Estrada Hortensis Abbatis, huncquam satis laudanda, ob magnitudinem, multitudem, & insolentiam planè stupendam, merita. Unicum hoc anno in medium, proferamus, quo super cætera omnia morti jam propinquus, meruit. Invalecente quippe summa per Orbem, & Hispanias maximè, sole ardentissimo, alias

*Viri illu-
stres.*

*V. Joannes
della Pen-
na.*

*Joachim
Peronius
scriptor
prefatus.*

*Carolus V.
Imperio se
abdicat &
quare i-*

B. Joanna
Bellopra-
tentis mo-
ritur.

*Vifio ejus-
dem Mo-
nialis.*

*Ludovici de
Estrada
merita.*